





1788, 7  
1654  
A7

ORDINIS IVRECONSULTORVM  
IN VNIVERSITATE LITTERARVM IENENSI  
H. T. DECANVS  
**D. IO. LVDOV. SCHMIDIUS**

SERENISS. DVC. COBVRG. MEINING. CONSIL. AVLIC. PAN-  
DECTARVM PROF. PVB. ORDIN. CVR. PROV. SAX. COMM.  
ET SCABIN. COLL. ADSESS.

SOLEMNEM CONGREGATIONEM

I N

*DISSERTATIONE IN AVGVRALI IVRIDICA*  
PRAESTANTISSIMI SVMMORVM IN VTROQVE IVRE  
HONORVM CANDIDATI

**ARN. AND. FRID. MALLINKROTT**

GVESTPHALO TREMONIENSIS

A. D. XXVI. IULII CCCLXXXVIII.

HABENDAM INDICIT

---

CVM  
COMMENTATIONE

D E

# INTERPELLATIONE EXTRAIVDICIALI

AB INTERRVMPENDA PRAESCRIPTIONE  
HAVD EXCLVDENDA.

---

I ENAE  
LITTERIS STRAVSSIANIS.



DE TO, LUDOVIC SCHINCIUS

ATQVE TITULUS ET INSTITUTUS  
DILECTISSIMI ET DEDICATISSIMI  
PRAESES ET CENSORIS  
ACADEMIAE IMPERIALIS  
ET UNIVERSITATIS BRONNIENSIS  
ET COLLEGII MEDICOCHIRURGICO

1711.10.2.

DE PRACTICA MEDICOCHIRURGICO  
ET CHIRURGICO MEDICO  
SIVE DE CAVITATE BRAINAE  
ET DE CAVITATE VENTRICIS  
ET DE CAVITATE PELVIS  
ET DE CAVITATE UTERI  
ET DE CAVITATE VAGINAE  
ET DE CAVITATE OVARII  
ET DE CAVITATE TESTICULI  
ET DE CAVITATE PRAEPUTII  
ET DE CAVITATE PENIS  
ET DE CAVITATE VESICA  
ET DE CAVITATE UTRICULI  
ET DE CAVITATE VESICA  
ET DE CAVITATE UTRICULI  
ET DE CAVITATE VESICA  
ET DE CAVITATE UTRICULI

TERPRACTICAE  
MEDICOCHIRURGICAE  
ET CHIRURGICO MEDICO  
SIVE DE CAVITATE BRAINAE  
ET DE CAVITATE VENTRICIS  
ET DE CAVITATE PELVIS  
ET DE CAVITATE UTERI  
ET DE CAVITATE VAGINAE  
ET DE CAVITATE OVARII  
ET DE CAVITATE TESTICULI  
ET DE CAVITATE PRAEPUTII  
ET DE CAVITATE PENIS  
ET DE CAVITATE VESICA  
ET DE CAVITATE UTRICULI  
ET DE CAVITATE VESICA  
ET DE CAVITATE UTRICULI  
ET DE CAVITATE VESICA  
ET DE CAVITATE UTRICULI

DE  
INTERPELLATIONE EXTRAIVDICIALI  
AB INTERRVMPENDA PRAESCRIPTIONE  
HAVD EXCLVDENDA.

---

**N**ihil rei conuenientius esse duxi, quam quod dissertationi inauriali clarissimi iurum candidati, ARN. ANDR. FRID. MALLINKROTT, quam de *praescriptione servitutum extinctiva* suo Marte penitus conscripsit, hanc meam cum ea consociatam commentationem programmatis loco adderem.

§. I.

*Quid interpellatio tam judicialis, quam extraiudicialis.*

Iam pro scopo nostro aliunde reminiscimur, INTERPELLATIONEM esse actum, quo quis de adimplenda obligatione ab eo, cuius interest, admonetur. Eaque, prout fit auctore iudice, vel sine eo, seu privata auctoritate, est vel **IVDICIALIS**, vel **EXTRAIVDICIALIS**.

§. II.

*Vnica interpellatio sufficit, et quaelibet alterum in moram constituit.*

In qualibet interpellatione alter de adimplenda obligatione admonetur (§. antec.). Haec admonitio per vnicum actum fieri potest. Ita-

A 2

quo



que vnicā interpellatio sufficit *a*), praesertim eum plures suspici, leges  
haud sanciant. Hinc in libello actionis exprimere: dass Klaeger, sei-  
ner an Beklagten geschehenen oft wiederholten Erinnerungen ungeach-  
tet, zu seiner Befriedigung nicht gelangen moegen — supervacaneum  
est. Porro, quum is, qui obligationem adimplere, iniuste differt, sit  
in mora, sequitur, eum, qui ita se gerit, quacunque interpellatione,  
tam judiciali, quam extrajudiciali, ab eo, cuius interest, in moram con-  
stitui *b*). Quo facto, vnicuique sua mora non protest, sed nocet *c*).

### §. III.

*Vt interpellatio effectum sortiatur, alter, cuius caussa sit, illam  
scire debet.*

Interpellatio sit ab eo, cuius interest (§. 1.). Itaque est facti  
alieni. Facta aliena ignorare licet. Quumque ignorantis nulla sit vo-  
luntas, ei quoque ignorantia factae interpellationis ordinarie non no-  
cet *d*) nec interpellanti prodest *e*); ac proinde interpellatio pro non  
facta spectanda est. Quare si interpellatum esse assumamus, alterum  
tamen hoc non scire; quia non ipsi, sed procuratori eius denunciatum  
est: iudex, ipsi denunciari, exigit. Et ideo non nocebit: nisi forte  
is, cui denunciatum est cum certioraverit; sed non si certiorare potuit,  
nec fecit *f*), Hinc, vt interpellatio, quae alteri ignota fuit, effectum  
sortia-

*a)* I. 32. pr. D. de usur. I. 23. D. de verb. oblig. M E N O C H de arbitri-  
iud. quæst. casu 220. num. 25. seq. HERING de fideiinf. cap. 24. num.  
143 seq. RUFFENDORF in obs. iur. univ. tom. III. obs. CLXVIII.

*b)* I. 6. §. fin. D. de nego. gest. COCCETI in iure controv. lib. 3. tit. 5.  
qu. 8. BERLICH in decis. pars. I. decis. 157. num. 15. BEYER  
in delin. iur. civ. lib. 22. tit. 1. pos. 66. Pand. HOMMEL in rhaps. quæst.  
obs. 137.

*c)* I. 173. §. 2. D. de reg. iur.

*d)* I. 2. I. 9. pr. §. 2. D. de iuris et facti ignor.

*e)* I. 5. D. de iuris et facti ignor.

*f)* Ita expressis verbis sanctum legitur in I. 20. §. II. D. de heredit. pes.  
Similiter in I. 32. §. 1. D. de usuris deprehenditur: *et non sufficit ad  
probationem morae, si servo debitoris absens denunciatum est a credito-  
re, procuratore eius.*

5

fortiatur, postea eidem, simulac sui potestatem facit, ad eius notitiam  
perferenda est g). Alias publica protestatione opus est b).

#### §. IV.

*Quid praescriptio adquisitiva et extinctiva, earumque interrupcio.*

PRAESCRIPITIONEM a vi et effectu in AD QVISITIVAM  
et EXTINCTIVAM dispartire, iureconsultis in vsu est. Per AD QVISITIVAM  
praescribens ius aduersus alterum in eiusdem personam,  
aut rem adquirit. Per EXTINCTIVAM vero ius aduersus alterum, quod hic  
in personam, aut rem suam habet, extinguit i). Omne id, per quod cur-  
sus praescriptionis coepit et nondum completatae sifitur, est INTERRUP-  
TIO PRAESCRIPTIONIS. Per hanc, si verbis cursus praescriptionis omni-  
no tollatur, dicitur INTERRUPATIO CIVILIS seu INTERPELLATIO. Quae  
vel judicialis, vel extrajudicialis (§. I.).

#### §. V.

*De praesidiis ad interpellationem iudicialem, quae fit interrum-  
pendae praescriptionis causa, necessariis.*

Ex supra dictis (§. 3.), si ea ad interpellationem iudicialem, quae  
fit interrumpendae praescriptionis causa, accommodemus, statim consequens  
est, ad illam, quod actio aduersus alterum in iudicio ante finitum praescrip-  
tionis tempus instituta sit, non sufficere, sed ut propter hanc actio-  
nem eidem citatio legitime insinuetur, simul requiri. Erenim sola libel-  
li oblatio sine subsecuta citatione, alterum de interpellatione facta non  
certiorem reddit. Omissa igitur legitima citatione interpellatio quoque  
pro omissa habenda est. (§. antec.), Dico, omissa legitima citatione. No-

to

g) d. I. 32. §. I. D. de usuris.

b) I. 2. C. de annal. exc.

i) Confer, si vis, Opuscula mea de praescriptione — et quidem apudc. I.  
§. VI. seq.



to enim notius est, non fieri, et non legitime fieri, in iure esse vnum  
idemque.

§. XV.

*Leges, quibus praeditum stabilitur.*

Non desunt leges, quibus adserum, quod paragraphus proxime antecedens continet, firmatur. Huc enim spectat l. 2. C. de annal. exc. Vbi: *licentia ei detur adire Praesidem, vel libellum ei porrigerere, et hoc in quaerimoniam deducere intra constituta tempora, et interruptionem temporis facere, et sufficere hoc ad plenissimam interrupti- nem.* Porro in l. 3. C. eod. *Sancimus itaque — — qui obnoxium suum in iudicium clamaverit (id est, vocauerit) et libellum conventio- nis ei transmiserit, — nibilominus videri ius suum omne cum in iudi- cium deduxisse, et esse interrupta temporum curricula.* Deinde in l. 3. C. de praescript. trig. vel quadr. ann. constitutum est: *Quae ergo area non motae sunt actiones, triginta annorum tugi silentio, ex quo iure competere coeperunt, viuendi vterius non habent facultatem: nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam (licet per annotationem) pro- meruisse responsum, vel etiam in iudiciis allegasse: nisi allegato sacro rescripto, aut in iudicio postulatione deposita, fuerit subsecuta (per executorem) conventio.* — Ad haec in l. 4. C. eod. verba sic sonant: *nullumque ius privatum vel publicum in quacunque causa, vel quacunque persona, quod praedictorum quadraginta annorum extinctum est in iugis silentio, moveatur: sed quicunque super quolibet iure, quod per memoratum tempus inconcussum, et sine villa re ipsa illata iudicaria contentione pos- fedit.* — Tandem in l. vlt. in fin. C. de praescr. trig. vel quadrag. annor. habetur: *Quod tempus (id est, quadraginta annorum spatiu) ex eo numerari decernimus, ex quo nouissima processit cognitio, post quam viraque pars cessavit.* Ex quibus omnibus adparet, solam li- belli oblationem non sufficere, sed illam simul ut citatio subsequatur, opus esse.

§. VII.

§. VII.

De quaestione: an interpellatio extrajudicialis effectum interrumpenda praescriptionis habeat? communis Doctorum sententia profertur.

Iam si quaeratur: an interpellatio extrajudicialis, veluti denuncia-  
tio priuata, aut contradicatio, vel protestatio, effectum interrumpenda  
praescriptionis habeat? omnes, qui in praescriptione mere extinctiva  
bona fide non opus esse, recte existimant k), in eo convenient, quod  
interpellatio extrajudicialis ad interrumpendam praescriptionem mere ex-  
tinctivam sufficiat l). In praescriptione adquisitiva autem plerique  
m) eo sentiunt, ut illam interpellatio extrajudicialis ordinarie n)  
non interrumpat, properea quod primum malam fidem non inferat,  
deinde nec sola quidem, secundum l. 3. C. de praefcr. trig. vel quadr.  
annor. in iudicio contra praescribentem iustitia actio finz subsecuta ci-  
tatione cursum coepiae praescriptionis sistat o), ac praeterea tertium,  
ei, qui ius suum in iudicio contra praescribentem persequi impeditur,

extra-

k) prout demonstravi in d. opusc. I. §. 54.

l) STRUV in iurispr. for. lib. 2. tit. 9. §. 3. WERNHER in sel. obs. for.  
part 3. obs. 164. et part. 6. obs. 400.

m) In quorum numero sint KOEPPEN decis. 57. num. 70. FIN-  
CKELTHAVS obs. 83. num. 18. HEYGIVS part. I. qu. 16. num.  
64. cit. STRUV et WERNHER nec non MENGEN in theor. et  
prax pand. lib. 41. tit. 3. §. 17. BERGER in part. II. Suppl. ad  
elect. disc. fori in additam ad tit. 4<sup>o</sup> additam 5. ad obs. 5. RHETIVS  
in diff. de interruptione praescriptionum, cap. 3. §. 14. seq. HOMMEL  
in rhaps. quaest. obs. 109. et 137. STRUBEN in rechtlichen Bedenken,  
tom I. obs. 21. HELLEFELD in iurispr. for. lib. 41. tit. 3. §. 1768.  
RAVE de praefcr. §. 33. lit. c.

n) Excipiunt enim causum l. 17. C. de rei vindic. et l. 2. C. de ann. exc.  
nec non hereditatis petitionem per l. 20. §. II. et l. 25. §. 7. de hered.  
per. WERNHER tom. II. part. VI. obs. 400.

o) l. 3. C. de praefcr. trig. vel quadr. annor. in verbis: nec sufficiat — con-  
venio.



extraordinario remedio ab imperante in l. 2. C. de annual. exc. succurratur p.). Sed his non obstantibus, ruerur contrariam sententiam.

### §. VIII.

*Antea conclusiones, quibus adversarii ex modo allatis rationibus sententiam suam limitant.*

Ex modo allatis rationibus communis doctorum cohors infert interpellationem extraiudicialeum tum demum effectum sortiri, si possessorum in mala fide constitutus; aut alias, si judicialis interpellatio impediatur. Statuunt primum assertum, si interpellatio extraiudicialis coniuncta sit cum iuris deductione in continentia liquida, adeo, ut possessor causae iustitiam agnoscat, et desinat ignorare rem alienam esse q); quoniā sola alterius contradicatio alicui possessionem eripere nequit, et homines saepius temere quid iactant et desiderant, quod nullo iure iis debetur. Secundum assertum argumentantur ex l. 2. C. de annual. exc. quippe quae iis daret remedium publicae protestationis, qui a praescrivente impedirentur, quo minus intentionem suam contra eum in iudicio proponere possint.

### §. IX.

*Contra communem doctorum sententiam paragrapto septimo prolatam defenditur, quod praescriptionem quoque adquisitivam interpellatio extraiudicialis interrumpt. Ideo primum argumentum.*

At enim vero non tantum in istis limitationibus, quibus adversarii interpellationis extraiudicialis effectum in interrumpenda praescriptione adquisitiva circumscribunt (§. antec.), sed etiam extra illas interpellationem extraiudicialeum generatim vim interrumpendae praescriptionis habere, omnino censemus esse puto. In qualibet enim praescriptione,

p) Vid. BREGER in elec. disc. for. tjt. 4. obs. 5. et en. 10. obs. I. not. 4.  
q) l. 17. C. de rei vindic.

sive sit adquisitiva, sive extinctiva (§. 4.), praeter praescribentem, quoque ad eum, contra quem praescribitur, respiciendum est. Itaque ut praescriptio procedat, non istius duntaxat, sed huius quoque rationem habere nos oportet. In omni enim praecriptione, ne sit praefidum iniquitatis, necessario adesse debet, vt is, contra quem praescribitur, per totum praecriptionis tempus adversus praescribentem rem, vel ius suum persequi neglexerit. Negligentia si liber est, nulla ei temporis praecriptionio nocet r).

Quin praescribens, qui, facta interpellatione, a praecriptione non desistit, a dolo, seu animo eum, qui interpellavit, laedendi non multum absit. Ex quo lucruri non debet, seu, qui ei patrocinari nequit. Per interpellationem quasi in moram constitutus est, quae vnicuique non prodest, sed nocet (§. 2.). Ipsa natura et lex civilis r) iubet, vt sit aliqua inter desides et vigilantes differentia. Ipse leges t) tantum contra desides homines et sui iuris contemtores praecriptioni, tanquam *odiosae exceptioni*, locum dant. Quis sanorum autem eum, qui de non amitendo iure suo denunciat, contradicit, aut protestatur, desidia et contemtio nis iuris sui arguit. Nonne eiusmodi contradicitor animum ius suum conservandi declarat? Nonne id agendo negligentiam a se a mouet. Solam quoque contradictionem inter legitimos praecriptionem interrumpendi modos leges referunt. Etenim ANTONIVS imperator ita constituit u)

*Si aquam per possessionem Martialis eo scientie duxisti: servitum exemplo rerum immobilium tempore quaesisti.* Quod si ante id spatium eius usus tibi interdictus est, frustra sumpus in ea re factos praestari tibi postulas. Atque adeo prohibitio usus hunc ita impedit, vt praescripturus ne sumtus quidem in ea re factos repete posse. Addit enim imperator hanc caussam: *cum in aliena possessione operis facti dominium, quod in eadem caussa manet, ad cum persineat cuius est possesso.* Praeterea huc aliae quoque leges faciunt x). Est que ista ANTONINI imp. consti-

tutio

x) l. 35. D. de seruit. praed. rustic. l. 22. C. de agric. et cens.

t) l. 2. C. de annal. exc.

z) l. 3. in fin. C. de annal. exc.

u) in l. 2. C. de seruit.

x) veluti l. 17. C. de rei vindic. nec non l. 20. §. II, l. 25. §. 7. D. de he red. patit. l. 32. §. I, D. de usur.

B.



tutio sanae rationi maxime consentanea. Nam is, qui praescribentem ante lapsum temporis interpellat, seu ei in praescribendo iure contradicit, animum ius conseruandi satis declarat, ideoque, licet hoc extra iudicium factum sit, pro eo, qui negligens fuit, haberi non potest.

## §. X.

*Secundum argumentum pro interpretatione extraiudiciali (§. 9.).*

Nullibi quoque constitutum est, quod interruptio praescriptionis non nisi per interpellationem iudiciale, nequitam vero per extraiudiciale fieri debeat. Potius ex summa naturali et ciuili ratione (§. antec.) interpellationem etiam extraiudiciale in usum suum convertere, prout commodum cuique videtur, leges omnino permitunt <sup>y).</sup> Iubet enim IVSTINIANVS imperator <sup>z)</sup> omnes personales actions, quas verbosa quorundam interpretatio extendere extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi: nisi legitimus modus, qui et *veteribus*, et nostris *legibus* enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit. Veteres leges autem modum praescriptionem per interpellationem extraiudiciale interrumpendi non reprobant, sed superaddunt (§. antec.). Quid, quod? vi privata ius suum contra praescribentem tueri licet. Sic naturaliter interrumpitur possessio et interpellabitur usucapio, cum praescribens de possessione vi delicitur, vel ei res eripitur <sup>a).</sup> Huc, verbi gratia, contra quasi usucaptionem servitutis pascendi facit pignoratio <sup>b).</sup> Curne igitur pariter extra iudicium verbis quoque praescriptio interrumpatur? Non debet certe cui plus licet, id quod minus est non licere.

## §. XI.

*Tertium argumentum pro interpellatione extraiudicali (§. 9.).*

Accedit, nihil tam naturale esse, quam quod quibusunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberemur; et cum quibus modis adqui-

<sup>y)</sup> l. 2. C. de seruit.

<sup>z)</sup> in l. I. §. I. C. de annal exc.

<sup>a)</sup> l. 5. D. de usurpat. et usuc. l. 33. §. 4. D. eod.

<sup>b)</sup> Vid. Conflit, elect. Sax. VII. part. II. CARPZOV pars. 2. const. 7<sup>o</sup> def. 8<sup>o</sup> et lib. 1. resp. 8<sup>o</sup> praesertim BERGER in oec iur. lib. 2. tit. 2<sup>o</sup> §. 26. nos. 8.

—

xi

adquirimus, iisdem in contrarium actis amittamus e). Obligatur is, contra quem praescribitur, ex iugi silencio per tempus praescriptionis continuato; et ex hoc praescribens ius adquirit. Itaque hac obligatio-  
ne is, contra quem praescribitur, liberatur, et praescribens ius amittit, si ille per interpellationem aut contradictionem ante finitum praescriptio-  
nis tempus factam, silentium suum tollat.

§. XII.

*Declaratur effectus interpellationis extraiudicialis.*

Facit autem interpellatio extraiudicialis tantum ad id, ut praescrip-  
tio coepita et nondum completa in nihilum recidat; neutquam vero  
praescribentem illam de novo incipere impedit, si isti interpellationi  
contradicat, et is, contra quem praescribitur, in hac praescribentis  
contradictione per tempus lege definitum acquiescat. Tunc enim ista  
interpellatio per praescribentis contradictionem et eius, contra quem  
praescribitur, nouiter supervenientem negligentiam seu taciturnitatem  
ita sublata est, ut pro non facta haberi debeat d). Quo ipso differt  
ab interpellatione iudiciali, si actor item motam non ad finem perdu-  
cat. Tunc enim actio a reo impugnata post tempus, ex quo nouissi-  
ma processu cognitio, postquam utraque pars cessavit, triginta anno-  
rum exceptione non tollitur, sed durat usque ad quadriginta annos e).  
Quae quum ita sint, is, contra quem praescribitur, si eius interpellationi  
extraiudicali a parte praescribentis contradicatur, in huius perseve-  
rantia, tacere non debet, sed quo ius suum in tuto collocet, nec  
interpellatio pro deserta, ac proinde pro inutiliter facta spectari queat f),

B 2

extra

c) l. 153. D. de reg. iur.

d) Hinc in constit. elect. Sax. VII. part. II. optime declaratur: *Vnfre Ver-  
ordnete aber haben dahin geschlossen, daß die Pfändung von der Zeit an,  
als sie geschehen, di. Praescription seruitutis iuris pascendi, oder dergleichen  
interrumpire, es wär denn, daß nach solcher Pfändung der andere Theil  
(nämlich der Praescribent) wiederumb geruhiglich über 30 Jahr, Jahr  
und Tag getrieben.*

e) l. 9. C. de praescr. trig. vel quadr. annor. T I T I V S in iur. priv. rom.  
germ. lib. II. cap. X. §. 6.

f) l. 13. D. pro emptore,



extra reclamationem curabit, ut illud, causa in iudicium deducta, deinceps contra praescribentem obtineat g).

## §. XIII.

*Confutatio argumenti primi adversariorum.*

Non obstant argumenta adversariorum, quae supra (§. 7.) enarravimus. Primum est, *quod nata interpellatio extraiudicialis malam fidem non inferat.* Recte; sed hoc nec soli iudiciali interpellationi tribuendum est, quae per institutam in iudicio actionem et citationem legitime factam suscipitur b). Potest enim quis alteri litem calumniosam mouere. Potest contra eum inconsulte agere. Quis ideo reum illico malae fidei possessionis arguere velit. Actio igitur et citatio reum non statim in malam fidem constituant. Hinc ab imperatoribus VALENTINIANO et VALENTO i) recte sancitur, reum ex eo tempore, ex quo, re in iudicium deducta, *scientiam malae fidei possessionis accepit*, pro malae fidei possessore habendum esse. Quia in causa magis est, rei iudicatae tempus ut spectetur k). IRESPICIENDUM enim est ad euentum iudicii, utrum sententia condemnatoria, an absolutionaria, contra citatum sequatur l). Sed quid haec omnia ad rem? Et enim cum ista aduersariorum ratione interpellationis exrraijudicialis vis frustra impugnatur, quia secundum ius romanum m) sola mala fides ante decursum prescriptionis tempus superueniens non nocet, ac proinde praecriptionem omnino non interrumpit. Et quamuis in praecriptione adquisita bona fides ex parte praescribentis, secundum ius canonicum, per totum prescriptionis tempus adesse debeat, et contra illam.

g) Vid. l. 10. C. de adquir. et retin. poss.

b) l. 2. D. pro domo l. 2. §. fin. D. pro emt. DONELLVS lib. 5. cap. 21.  
in fin. STRVV exerc. 43. §. 29.

i) l. 2. C. de fruct. et lit. exp. Add. WERNHER in sel. obs. for. part. I.  
obs. 330.

k) l. 36. §. 4. D. de hered. petit. CORN. VAN BINKERSHOEK lib. VIII.  
obs. XII.

l) Propterea optime sentit. BERGER in oec. iur. lib. 2. tit. 2. §. 26. not. 5.

m) l. 44. §. 1. D. de usurpat. et usue.

illam nuda denunciatio, aut contradicatio ad tollendos effectus bonae fidei possessionis, veluti ad adimendos rei fructus, non sufficiat, tamen ad tollendum cursum praescriptionis prodest, si dominum postea probatio iuris sui non deficiat. Nemo enim ambigit in omni praescriptione praescribentis possessionem ita demum esse legitimam, cum omnium aduersariorum silentio et taciturnitate firmatur (§. 9.) <sup>n).</sup> Praeterea in praescriptione extinctiva bona fide non opus est <sup>o).</sup> Itaque in hac exigere, ut praescribens per denunciationem in mala fide constituatur, rei non conuenit. Quare, quod praescriptioni actionum personalium interpellatio extrajudicialis obsit, ipsi aduersarii recte sentiunt (§. 7.).

#### §. XIV.

##### *Confutatio argumenti secundi aduersariorum.*

Argumentum secundum aduersariorum est, quod secundum l. 3.<sup>a)</sup> C. de praescr. trig. vel quad. ann. ne sola quidem in iudicio contra praescribentem instituta actio sine subsequua citatione cursum coptae praescriptionis siflat (§. 7.). Concedo; sed quare actionem citatio subsequi debet? Nonne ideo, quia alias actio pro efficaciter instituta haberi nequit. Nam actio ad notitiam rei non perlata nullam dat item sieque pro vere mota seu tali, quae ad effectum perducta, neutiquam censeri potest. Quicquid enim ex una tantum parte sit inconvenio altero, sive apud principem, sive in iudicio, nihil proficit ad interpellandam praescriptionem (§. 3.). <sup>p)</sup> Per interpellationem extra-iudicialem autem praescribens statim scientiam consequitur, siquidem contradictor de iure suo, quod in amissionis periculo constitutum est, cum eo contentionem facit.

#### B 3

#### §. XV.

<sup>n)</sup> l. 10. C. de acquir. et retin. poss.

<sup>o)</sup> l. 3. C. de praescript. trig. vel quadr. annor. Add. opuscula mea de praescriptione — opusc. I. §. LIII.

<sup>p)</sup> Vi eiusdem l. 3. C. de praescr. trig vel quadr. ann. Ad GOTHOFRIE<sup>m</sup> DVS in Cod. Theodosi tom. I, lib. IV, tit. XIV. pag. 386.

## §. XV.

*Proprio dubio occurritur.*

Neque vero, prout mihi ipsi obuerto, aliter sentire cogor, quod ei, cui ius competit, necessitas, illud in iudicio persequendi in l. 3. C. de praescript. trigin. vel quadrag. ann. ita componatur, ut si hoc intra certum tempus non fiat, *actio extinguitur*, ut viuendi ulterius non habeat facultatem, nec non in l. 4. C. eod. alter, qui ius quoddam sine vlla re ipsa illata *iudicaria contentione* possedit, sit liber et legis plenissima munitione securus. Nam ad haec mihi respondeo, haec leges semper addunt, vt in omessa iuris persecutione simul continua taciturnitas (*ein unaufhörliches Sillenschweigen*) adsit. Sic in d. l. 3. C. sancitur: Quae ergo antea non motae sunt 'actiones trigesinta annorum iugi silentio. — Porro in d. l. 4. C. super quolibet iure, quod per memoratum tempus *inconcussum*, (id est, sine vlla alterius contradictione) et sine vlla re ipsa illata *iudicaria contentione* possedit, — — Quodsi igitur intra praefinitum praescriptionis tempus *actio* quidem non mota, attamen contradictione praescribenti facta sit, poena negligentiae cessare debet (§. 9.); ideoque actionem extinctam esse, dici nequit §. 9.).

## §. XVI.

*Confutatio argumenti tertii adversariorum.*

Denique argumentum tertium adversariorum est, quod ei, qui *ius suum in iudicio persequi impeditur*, extraordinario remedio ab imperante in l. 2. C. de annali exc. succurratur (§. 7.). Inde inferendum esse autumant, hoc singulari remedio non opus fuisset, si per nudam interpellationem extraiudicialem praescriptio iam interrumpetur. At enim vero isto extraordinario remedio omnino opus fuit, partim, quia iis, contra quos praescribitur, per publicam protestationem magis consulendum erat, partim quia interpellatio extraiudicialis nonnunquam propter ea, quae supra (§. 3.) proposita sunt, fieri non potest. Id quod accidit in absente, infante, furore laborente, tutorem vel curatorem non habente, in magna potestate constituto. Quibus casibus ita publica protestatio adhuc singularem usum praebet. Ut enim, imperator IUSTINIANVS in d. l. 2. C. de annal. exc.

*exc. constituit, perfectius omnibus consulamus, et nemini absentia, vel infantia penitus adversarii sui noceat, sed sit aliqua inter desides et vigilantes differentia: sancimus, si quando absuerit is, qui res alienas, vel creditor obnoxias detinet, et desiderat dominus rei, vel creditor suam intentionem proponere, et non ei licentia sit absente suo adversario, qui rem detinet, vel infantia, vel furore laborante, et neminem tutorem vel curatorem habenie, vel in magna potestate constituto, sua auctoritate (eas res usurpare): licentia ei derur adire Praefidem — —; et hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem, sive triennii, sive longi temporis, sive triginta vel quadraginta annorum sit. Omnibus aliis, quae de longi temporis praescriptione, vel triginta vel quadraginta annorum curriculis (ideoque de interruptione temporis §. 4.) constituta sunt, sive ab antiquis legum conditoribus, sive a nostra maiestate, in suo robore duraturis. Itaque per hanc sancitam publicam protestationem, quam adhibere, ei, contra quem praescribitur, licentia datur, neutquam interpellatio extrajudicialis, praesertim si clara et specialis sit, excluditur. Proderitque interpellanti ad eam probandam eo magis, vt aliquando de eo, quod facta sit, iuramenti delatione non opus habeat, si illam coram testibus fide dignis suscepere.*

§. XVII.

*Conclusio consensu aliorum firmatur.*

Ex haecenüs dictis igitur, ni fallor, omnino constat, interpellationem extrajudicialem, quam communis schola in praescriptione interpellationi judiciali periculose postponit (§. 7.) ab interrompenda praescriptione hanc esse excludendam. Neque defunt, qui nobis hac in re consensus praebeant b).

Sed nunc de eo, qui huius commentationis exaranda causa fuit, Est enim supra laudatus Iurium Candidatus. Qui, quam vitae studiorumque rationem fecutus sit, hisce verbis exposuit:

Ego, ARN. AND. FRID. MALLINKROTT, Gouſphalo Tremoniensis, natus mense Martio anni CLOCCCLXVIII. patrem IOANNEM FRIEDERICUM MALLINKROTT, qui commercia facit, carriſſimamque matrem

CHRI-

b) *Veluti TITIVS in iure priuato lib. II. cap. X. §. 5. ANDR. FLOR. RIVINVS in diff. de effectu quasi interpellationis seu legalis et extrajudicialis §. IX. Vitemb. 1750.*



CHRISTINAM MALLINKROTT ex stirpe eadem adhuc in viuis colo,  
 Postquam in Archigymnasio, quod in civitate patria floret, studiorum  
 initia feceram, in prima classe viris excellentissimis, semperque mibi  
 venerandis, docentibus WINTERBERGIO, tum Theologiae Professore,  
 nunc Principi de WALDECK a consilio ecclesiae, I. P. GABERO, tum  
 Professore Philosophiae, nunc Theologiae Professore in academia Altorfina,  
 et Consultissimo ENNIGMANN, qui tum Professoris juris agrotantis  
 vices gerebat, et nunc Syndico Abatisse Principis de ESSEN. Scholas  
 derelinquens primo me contuli Halam. Et cum ibidem per semestre  
 in primis collegis Ill. WOLTAERII, Iuris ordinarii Professoris, interfueri-  
 rim, hanc aliam academiam profectus sum. Qua virum perillustrem  
 WALCHIVM, jus criminale et germanicum privatum docentem, au-  
 divi, juris publici et Processus scholis viri ill. de SCHELLWITZ interfui,  
 viri ill. REICHARDT Pandectarum praelectiones adii. Apud virum  
 illustrem SCHNAUBERT audiui Ius canonicum, publicum, et feudale,  
 apud consultissimum VOELKER autem Examinatorium Pandectarum, et  
 collegium relatorum. Diplomaticas institutiones percepi a viro excellen-  
 tissimo MÜLLER, in scientiis autem cameralibus, physicis, mathema-  
 ticas et philosophicas usus sum viris illustribus summeque venerandis  
 SVCCOWIO, WIDEVRGIO, et VLRICIO.

Hisce studiis bene peractis a nobis petiit, ut pro consequendis  
 honoribus doctoralibus ad consueta examina admitteretur. In quibus  
 eximie ita se praestit, ut omnium consensu dignus iudicatus sit, cui  
 summi in iure honores conferrentur. Quod vt rite fiat, proximo  
 die XXVI. Iulii dissertationem inauguralem de praescriptione seruiturum  
*extinctiva in primis ad l. XIII. C. de servit. et aqua.* sine praeside  
 contra adversariorum tela publice defendet. Huic actui vt frequenter  
 interficit MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, MAGNI-  
 FICVS ACADEMIAE PRORECTOR DESIGNATVS, PATRES ACADEMIAE  
 CONSCRIPTI, PROFESSORES SC DOCTORES CELEBERRIMI, GENEROSIS-  
 SIMI ET NOBILISSIMI COMMITITONES, HOSPITES OMNIVM ORDINVM  
 LITTERARVMQVE ET BONARVM ARTIVM FAVORITES HONORATISSIMI,  
 ordinis mei verbis omni observantia oro rogoque. P. P. sub sigillo

Facultatis A. D. xxv. Iulii 1790CCLXXXVIII.

(L. S.)



VD10

**ULB Halle**  
004 582 101


3



f  
5b.







RECONSULTORVM  
LITTERARVM IENENSI  
DECANVS

V. SCHMIDIUS

MEINING. CONSIL. AVLIC. PAN-  
ORDIN. CVR. PROV. SAX. COMM.  
COLL. ADSESS.

CONGREGATIONEM

IN  
INAUGURALI IVRIDICA

MORVM IN VTROQVE IVRE  
M CANDIDATI

D. MALLINKROTT

O TREMONIENSIS

CLXXXVIII.

AM INDICIT

CVM  
ENTATIONE

DE

LLATIONE

VDICIALI

IDA PRAESCRIPTIONE  
KLDENDA.

N A E  
TRAVSSIANIS.